

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Seraphici profundissimiq[ue] doctoris ordinis fratru[m]  
mino[rum] diui Bonaue[n]ture cardinalis [et] sancto[rum]  
cathalogo ascripti op[us] no[n] minus subtilissimu[m]  
q[uam] speculatiuu[m] sup[er] ...**

Index alphabeticus siue repertorium Joha[n]nis beckenhaub moguntini in  
scripta diui bonauenture super quattuor libris sententiarum

**Johannes Bonaventura <Kardinal, Heiliger>**

**[Nürnberg], [1515]**

Druckermarke

[urn:nbn:de:bsz:31-332951](#)

necessitatē. non tollit enim quin voluerit aliquas res esse que de necessitate sint. et aliquas que sint contingēter ad hoc quod sit in rebus diuersitas ordinata. Nihil igitur prohibet res quasdam diuina voluntate productas necessarias esse. Et consequēter hec declarando suadit esse necessē simpliciter non repugnat ad rationem esse creati. Nihil enim habet aliquid necesse esse quod tamē suā necessitatē causam habet sicut conclusiones demonstrationum. Nihil igitur prohibet quasdam res sic esse productas a deo. ut tamen eas esse sit necesse simpliciter. Et iterū postea ibidem aliam rationem concludit. Sic igitur aliqua crea tura de necessitate habet esse. Ex quibus clare patet quod non solum concedit quasdam res diuinavoluntate productas ne cessarias esse vel eas necesse esse. sed etiam concludit quod quedā de necessitate sunt. et quod eas esse est necesse simpliciter. et de ne cessitate habent esse. modo hoc repugnat libertati diuine voluntatis. quod arguitur sic. Quia ista cōsequētia est bona. deus vult creaturem esse. ergo creatura est et contra. et per consequētia si antecedens libere et voluntarie verificatur de aliqua creature. consequēns consequenter verificatur de eadem. quod si deus libere et contingenter vult quamlibet creaturem esse. sequitur quod quelibet creature est contingenter et nulla est de necessitate. vnde etiam et opposito sumitur oppositum. qd: tc.

Quartus error: buius doctrine est id dicunt in quadam rōne que ibidem sequitur. que dicit quod quāto aliquid magis distat ab eo quod per se ipsum est ens. scilicet a deo. tanto magis propinquum est ad non esse: quanto igitur aliquid est propinquum deo. tanto magis recedit a non esse. que autem iam sunt propinqua sunt ad non esse per hoc quod habent potentiam ad non esse. Illa igitur que sunt deo propinquissima et per hoc a non esse remotissima. talia esse oportet ad hoc quod sit ordo rerum completus. ut in eis non sit potentia ad non esse. talia autem sunt necessaria absolute. Sic igitur aliqua creature de necessitate habet esse. Hec autem ratio deficit in multis. Primo in hoc quod supponit quod entia deo propinquissima sicut angeli tāto magis recedunt a non esse hoc enim proprie loquendo non est verum quia proprie nihil distat vel recedit a non esse. Et Quintus error: predicte positionis est in ipsius declaratione in qua dicitur. Sciendum est itaque quod si rerum creaturam vniuersitatem considereretur. prout sunt a primo principio inueniuntur dependere ex voluntate non ex necessitate principiū nisi necessitate suppositionis vel dictum est. Si vero comparetur ad principia prima inueniuntur necessitatē habere absolute. Nihil enim prohibet aliqua principia non ex necessitate produci. quibus tamē positis de necessitate sequitur talis effectus sicut mors animalis buiusmodi necessitatē absolutam habet propter hoc quod ex contrariis iam est compositum quod ipsum ex contrariis cōponi non possit necessarium absolute. Similiter autem quod tales rerum nature a deo producerentur voluntarium fuit quod autem eis sic statutis aliquid proueniat vel existat absolute necessitatē habet. Ex quo patet quod hec positio est locutio impropria et perit principiū. quod hoc assūmit quod debet probare. Nam per exemplum positum patet quod vocat necessitates absolute illam. que non est ex conditione vel ex suppositione sicut mors buius animalis non ex suppositione vel conditione quod animal non sit ex deo. oportet non habere necessitatē. et id non habere necessitatē nisi conditionaliter. Et Sextus error: doctrine predictae assignari potest in quodam dico quod sequitur ibidem vobis ait. Manifestum est quod omnia que contrarium habet vel ex contrario sunt corruptibilis sunt. que autem buiusmodi non sunt semper terna sunt nisi pars corruptibilis sicut forma que non subsistunt. sed esse earum est per hoc quod insunt materie. Ex hoc enim sequitur quod gratia in anima vel in angelō cum non habeat contrarium. nec ex contrario existat. nec sit forma que insit materia est semper terna. et idem videretur sequi de luce vel lumine si esset sine materia sicut accidentia sacramenti altaris sunt sine subiecto hoc etiam faver articulo Parisius condemnato allegato superius. in quo dicitur. Omne quod non habet materiam est eternus. Et breuiter hec et alia multa erronea falsa et imporia dicta videntur multis in predicta doctrina contineri. que tamen ex tedium pertransimus. Dicunt etiam quod in terminis p̄bie et naturalibus principijs in codem li. ca. xxv. errauit manifeste. ubi declarando qualiter deus omnipotens dicatur que

dam non posse. inter alia dicit quod deus non potest facere unum et idem esse et non esse. quod est contradictione simul et postea subdit quod contradictione in contrariis et priuatim oppositis includitur. sequitur enim quod si est album et nigrum et album et non album. et si est videns et cecum et sit videns et non videns. vñ eius de ratione quod deus non potest facere opposita simul in esse eidem sicut idem. Ex quo patet quod ponit quod deus non magis potest facere duo contraria simul inesse sicut idem quod duo contradictionia. Hoc autem est erroneous. quod de facto corporis Christi sunt totum in sacramento altaris in diuersis altaris sunt motus contrarii sursum. s. et deorsum et par i ratione possit facere de idem corpus sicut se totum esse album et nigrum. Dicunt etiam quod in pluribus locis doctrine sue ipse errauit per hoc quod principia philosophie seu portius quedam philosophorum verba ad conclusiones theologie nimis applicavit. Non enim loqui taliter debent theologi qualiter loquuntur p̄bi. sicut docet Aug. x. de ciuii. dei. ca. xxiiij. dicens Liberis verbis loquuntur p̄bi. nec in rebus ad intelligendum difficultissimis offenditionem religiosarum aurium perimescut nobis autem ad certam regulam loqui p̄bas est. ne verborum licentia etiam de rebus que bis significantur immixtum gignat opinione mea.

### Conclusio.

Huius ergo tractatus ytinam aduerso errore: finem statim? Illi laus honor et gratiarum actio. qui nobis causam suas tractantibus non defuit. quo docente assertam hic veritatem sentimus. quo instruente probamus. quo precipite defendimus: et per quem postremo fraternali charitate permoti ad omnes deos uenire et nobiscum sentire vehementer affectamus. quod si veritati buit: iudicio nostro: clarissime necis credimus. aut alio fauore vel ipsi conantur. aliisque fine quod eius postulet dignitas criminemur. Testamur te christe. testamur et illam cui testimonium perhibeo est totam pulchram et ea maculam non esse. oēs ad extremū tuū atque ipsius amatores in testimonio euocamus nostrū nunc debitū sufficienter et ut putamus abundanter explicuisse.

Deo gratias.

A B C D E F G H I K L. Omnes sunt quaterni. p̄ies  
L qui est ternus.

